

ribus, ) *orare jubemur.*

62. Hoc enim bonum est & acceptum coram Salvatore nostro Deo.

63. Qui omnes homines vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.

64. Unus n. Deus, unus & mediator Dei & hominum: homo Christus Jesus.

65. Qui dedit seipsum *antilytron* seu redemptionis precium pro omnibus:

66. Id quod diversis temporibus, alio atque alio testimonii modo, propositum & prædicatum hominibus;

67. illis tamen *solis* proprie & plenè prodest, qui tenent hoc testimoniū in fide & veritate.

68. Etsi enim omnibus iis qui in extremo iudicio à sinistris collocati, neglecti & contemti Christi arguentur, dedit Deus quodammodo & proprium filium & omnia cum illo;

69. nempe, oblatione, salvâ diversitate temporum & graduum, ac talentorū quasi proportionem, sapientiæ & bonita-